

PERIODICUM SINGULIS MENSIBUS LATINE EDITUM

AUXILIUM LATINUM

LATIN AID

A. P. S. L.

ALBERT E. WARSLEY, A. M., Litt. D.; EDITOR and PRESIDENT

VOL. IV

DECEMBER 1932

NO. 3



10c

SINGILLATIM

75c

PER ANNUM

SIMPLIFIED PRESS, Pubs., Box 54, P. O. Station "S", BROOKLYN, N. Y.
Copyright 1932, by the SIMPLIFIED PRESS. Printed in U. S. A.

VOX AMICORUM

Commentaria de Libris

"Thank you for membership card in A.P.S.L. that I just received with the excellent November issue. I am interested in your publication and here at Keuka we are doing all we can to promote an interest in Latin study. I believe you are rendering a real and valuable service to this cause." A. H. Norton, President, KEUKA COLLEGE, Keuka Park, N. York.

"November number of 'Auxilium Latinum' arrived this morning. It seems most attractive in its new dress. I like the idea of the cover-color change monthly. I am using the magazine constantly for sight reading with my students who subscribed to it in block form and they are quite interested in it. You are doing a fine work for the classics. More strength to your arm." A. L. Bondurant, Head of Latin Dept., University of Mississippi.

"We are the happy recipients of Elizabeth Burke's 'Latin Honor Medal' and it is a beauty far beyond our expectations. To make the presentation a formal one, our Principal will make this award at the next assembly." Sr. Jeanette, St. Francis Academy, Joliet, Ill.

"Dr. Warsley's selection of his editorial staff and these members' willingness to help him are commendable indeed. I liked the offerings of Esser and Gerhard, the two latest additions, because of the clarity of their Latin as well as the delightful play of Miss Lawler. Koenig's football offering is a pleasant novelty. All your other members of last year's staff continue in their good work as known by us charter A.P.S.L. members and veteran 'Auxilium Latinum' readers." Leslie Kingsley, Secretary B.L.I., Boston, Mass.

Julia Sabine, A. B.
Newark Library
Newark, N. J.


BAKER, G.P.—Justinian (N.Y. Dodd 1932). Hoc opus est de vita potentis incluti hominis et quoque uxoris, Theodora. Liber est pulcher atque historia gracillime et commode scribitur. Titulus, autem, esse "Theodora" debuit, quod liber est vero de vita feminae, non hominis.

HOLIDAY, CARL—Dawn of Literature (N. Y. Crowell 1931) Hoc opus est conatio demonstrare literaturas orbis terrarum ante aevum classicale. Usus similibus nidorum per saecula notat ac traditionem literaturarum Hebraicorum, Graecorum Romanorumque sequitur. Materiam Sinicam Indicamque includit.

FRAZER, SIR JAMES G.—Studies in Greek Scenery, Legend and History. (London Macmillan 1931). Duobus ante annis, hic auctor versionem et translationem "Descriptionis Graeciae" cum commentario edidit. Hic liber est selectio notarum scripturarum ceterarum qui lectori vulgari et viatori in Graecia comes aptus est.

PETRIE, SIR W. M. FLINDERS—Seventy Years in Archaeology. (N. Y. Holt 1932). Hic liber totis scholaribus legendus est. Est de vita operisque viri qui per totam viam scientiae archaeologicae causa laboravit. Inspirationi iunioribus studentibus erit et rerum gestarum erit monumentum.

LAING, GORDON L. Survivals of Roman Religion. (N. Y. Longmans 1931). Hic libellus vestigia religionis Romanae secundum mores superstitionesque nostrorum temporum notat. Est plenus factorum quae omnium intersunt. Est additio seriei: "Nostrum debitum Graeciae Romaeque."

AUXILIUM
LATINLATINUM
AID

SIMPLIFIED PRESS, Pubs. BOX 54, P. O. STATION "S", BROOKLYN, N. Y.
Official Organ ASSOCIATION for PROMOTION of STUDY of LATIN
(A. P. S. L.)

(Membership Certificate granted to each Subscriber)

MANAGING EDITOR: ALBERT E. WARSLEY, A.M.; Litt. D. (Membre d'honneur de l'Academie Latine d'Echanges Intellectuels). Kindly assisted by following Contributing Associate Editors: A. J. Beres, M. D.; Lillian B. Lawler, Ph. D.; Dr. N. R.; Julia Sabine, A. B.; Grace D. Veatch, A.M.; E. D. Daniels, Ph.D.; Theodore Laboure, O.M.I.; A.M.; E. S. Gerhard, M.A.; Gilbert F. Esser, C.P.P.S.; A.M.; Arcadius Avellanus, Ph.D. with Mr. George Pazmino as Staff Artist. Contributions from readers welcome.

VOL. IV

MENSIS DECEMBER MCMXXXII

NUM. 3

DE PAENULA NATHANIS

Gilbert F. Esser, C.P.P.S., A.M., St. Joseph's College
Collegeville, Indiana

Aliquot pastores nocte in colle iuxta urbem Bethlehem greges custodiunt, quorum unus filium suum Nathanem sic alloquitur: "Fili mi, ubi est paenula tua nova quam ego nuper tibi die natali donavi? Quare veterem paenulam hac tam frigida nocte geris?"

Cui juvenis: "O Pater mi, ne mihi irascaris. Hoc vespere dum in urbe Bethlehem ambulabam, obvius fui duobus viatoribus, Iosepho nomine, ex longinquo oppido Nazareth, cum uxurcula sua Maria. Huic feminae, cum prae frigore magnopere algeret ac tremaret, paenulam dedi, quam Iosephus cras mihi restituet."

"Quid, stulte puer! Paenulam pulchram et pretiosam isti nescio quam vagabundo homini donavisti? Per barbam Abrahamae, eam nunquam revidebis. Viginti 'shekel' mihi amisisti. Proh! Proh!"

Sene ita gemente, subito lux speciosissima super urbem Bethlehem orta est, quae mox totum coelum circumfulget. Eodem tempore mille angelicae voces hanc dulcissimam cantant melodiam:

"Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis." Et dixit illis angelus: "Nolite timere, ... natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate Davidi. Et hoc vobis (erit) signum: Invenietis infantem pannis involutum et positum in praesepio."

Cantu angelorum finito, pastores ad urbem Bethlehem gradu festinantes contendunt. In quodam stabulo autem prope portam urbis inveniunt viatores, Iosephum et Mariam, et in praesepio infantem recentem natum. Iosephus pastores benignus invitat ut intrarent. Mox uxori suae: "Nonne," inquit, "hic est juvenis Nathan, qui hodie tibi paenulam suam dedit ubi frigida eras?"

Cui Maria: "Ita est, care Iosephe. Oportet ergo ei gratias referre." Et inclinans accipit infantem filium e praesepio ponitque in manibus Nathanis. Hic autem ingenti gaudio suffultus parvulum Jesum pectori adstringit et osculatur, mirantibus reliquis pastoribus, qui cadunt in faciem atque adferunt Dominum Jesum Salvatorem mundi.

FABULAS LATINE INTERPRETATUS EST ARCADIUS AVELLANUS, PH. D.

KING OF GOLDEN RIVER

(John Ruskin)

REX AUREI RIVI

CAPUT XI

Tum quasillo sublato, lagenulaque aquae benedictae ante oculos Schwartz ostentata, ut labia huius rabie fere spumarent, iter suum susceptum animo perquam erecto prosequabatur.

Dies profecto illuxit talis, qualis quempiam, etiam Aureum Rivum non prae oculis ferentem, voluptate beare poterat. Infra, per longitudinem vallis strata roscidarum nebularum iacebant, e quibus montes in excelsa erupiebant; humiliores eorum vertex opacis obtegebantur umbris, vixque a fluitantibus vaporibus discernendi sed leni ascensu sursum vergentes in lumina solis eluctabantur, quae acriori colore rutilo percurrerant celsiores cautes angulores, tum in lineas planas strati, per fimbrias conicarum pinuum transvolabant. His multo altius, in longinquo, praereps cernitur rubicunda rupes, ruderum mole obruta, castelli que in speciem fissa et fracta, innumerisque fragmentis ac rudibus contrata, ac formas nonnisi in somniis fictas referens caput suum in excelsum erigebat, cuius in anfractibus passim venae nivium sole collustratae, tamquam cornuta ac ramosa fulgura, quaquaversum replebant; sed et his longe celsius ac superius, nubecula matutina languidius, ac purius et immutabile, in caeruleo summum quiescebat, sempiternis nivibus opertum, culmen et fastigium.

Aureus Rivus, qui ex una summitate humiliori, nec nive operta emanabat, iam prope umbris erat obrutus, praeter summum asperginis rorem, qui supra variabiles cataractae oras levis fumi instar in altum surgebat, ac veluti tenella velorum strata fluitabat in matutinis flabris.

(Extendetur)

SIRE DE MALETROIT'S DOOR

(Robert Louis Stevenson)

Ostium Cl. V. De Maletroit

CAPUT III

Viae scruposa asperitas cor viatoris in faucem sursum agit; quisque locus spissiori caligine obumbratus insidias, aut voraginem in via minitatur; ubi autem aer luculentior est, domus vicinae figuras insolitas sinistrasque induunt, ac si eum a via sua obducere minentur. Dionysio etenim, in diversorium suum sine notitia publica pervenire enitenti, et verum periculum, et molestia in itinere sublatebat; tamen fortiter et audacter progrediebatur, quoque tamen angulo ad circumspiciendum moratus.

Iam per aliquod tempus Dionysius in angiportu itabat tam angusto ut moros alterutra manu attingere posset, cum, denique, angiportus dilatari, acriterque in declive ducere coepit. Manifestum iam nunc erat viam hanc non suum diversorium versus tendere; expectatio tamen plusculi luminis eum prorsum tentabat ad explorandum. Angiportus in fastigio desinebat, muro pinnato clauso unde inter celsas domos, tamquam ex sepimento conspectus in vallem informem et opacam aliquot centena pedum infra propanam patebat. Dionysius deorsum spectabat, videbatque summos aliquot arborum vertex oscillantes, unumque lucidiorem locum ubi fluvius planitiem percurrerebat. Tempestas iam margines nubium cumulorum, lineamenta que collium discernerebantur. Lumine diluculi incerto aedes ad laevum suum conspiciatur, quae in aliquo numero esse videbantur; muri enim earum pinnis turriculisque eminebant; e summa aedificii mole posticum sacelli pluribus erismatibus munitum acriter prominebat.

(Extendetur)

TRACTATIONES

DE PROMISSIS

Quae praestare nolis, cave ne promittas. Priusquam promittas, delibera; sed cum promiseris, fac ut praestes. Fundamentum iustitiae est fides; dictorum conventuumque constantia et veritas. Omnia perdidit qui fidem perdidit. Fides nulla vi ad fallendum cogitur, nullo praemio corrumpitur. Fac magna, nil magni promittens.

DE SAPIENTIA

Est sapientia prima stultitia caruisse. Sapientia ars vivendi est, quae nos a libidinum impetu et formidinum terrore vindicat. Hoc scito, neminem posse bene vivere, sine sapientiae studio. Sapiens nihil fortunae credit, contentus virtute, quae opibus non indiget. Maximum indicium sapientiae est, ut verbis opera concordent.

Sapientis mens non incurvatur: stat rectus sub quolibet pondere. Non solum cum vacas sapientia colenda est; omnia alia sunt negligenda ut ei assideamus. Mater omnium bonarum rerum est sapientia, qua nihil a deis immortalibus praestantius homini datum est.

DE LIBERTATE

Nemo liber est, nisi qui sibi imperat. Liber est qui seipso est contentus, et ex se pendet, non ex alterius arbitrio et imperio. Nulla voluptas viris ingenuis suavior libertate est. Liber est aestimandus qui nulli turpitudini servit; quem animus superbus non inflat.

Profecto liberum non facit fortuna, sed virtus: si enim prudens, si justus, si fortis, si modestus, si innocens, si pius quis fuerit, is vere liber est: horum si quid absit, pro ea parte se servum sciat. Eo quisque miserior est in servitute, quo felicior in libertate fuit.

Beginning with this issue, the publication and mailing date of *Auxilium Latinum* is changed to the **second** Saturday of each month for which it is dated.

JOCULARITER

ASTROLOGUS

Astrologi cuiusdam mos fuit de nocte domo exire ut coelum stellasque contemplaretur. Aliquando autem, totus coelo intentus, in fossam, quam ante pedes sitam non viderat, incidit.

Tum alius, per eandem viam iter faciens, cum de gemitu illius, quod acciderat, cognovisset. "Tu optime," inquit, "qui os in coelum erigebas, terram pedibus subiectam potius intueri debueras."

LEO ET MUS

Mus, a leone captus, vitam suam deprecatur; gratias maximas se ei habiturum pollicetur. Leo, etsi commotus, ignovit muri, et illum inviolatum dimisit.

Paulo post, incautius praedam vestigans, in laqueos incidit, quibus astrictus rugitum maximum edidit; ad quem procurrens mus, et cernens eum in vinculis qui sibi petenti vitam nuper concessisset, accedit ad laqueos et illis corrosis, cum leonem omni periculo liberavisset.

"Tibi," inquit, "ludibrio eram, ut qui alicui vicissim nullum beneficium praestare possem; nunc scias velim, posse et murem gratiam referre."

PUER MENDAX

Puer, ovium custos, quasi lupum advenientem vidisset, opem rusticorum implorabat, clamans: "Heus adeste! mihi a lupo succurrite!"

Rustici pleno gradu ad puerum accurrunt; sed lupo nusquam apparente, ad opera sua redeunt.

Cum aliquoties per ludum idem puer fecisset et eos decepisset, qui auxilium illaturi advenerant; tandem, lupo irruente, miserabili voce orabat, ut subveniretur sibi et gregi.

Qui vero audiebant, arbitrati illum pariter ac ante ludere, preces ploratonesque vani pueri neglexerunt.

ALIUS MAGUS

(In partibus duabus)

THE OTHER WISE MAN by Dr. Henry Van Dyke

E. S. GERHARD, A.M., Northeast High School, PHILA., PENN'A.

Notandum: Hereby is presented the Latin interpretation in Mr. Gerhard's facile Latin style of that very appropriate story by Dr. Henry Van Dyke, whom the N. Y. Times, in a recent editorial on the occasion of this venerable gentleman's eightieth birthday when on Nov. 10th he was feted in New York by the American Academy of Arts and Letters, called "a man of many tasks, a preacher turned teacher, poet, diplomat, fisherman—yet preacher always—to whose sermons, like those of good St. Brendan and St. Anthony of Padua, even the fishes were attracted."

Audivistis fabulam de Tribus Magis orientis et quo modo procul obiverint ut munera sua cunis in urbe Bethlehemi offerrent. Sed Alius Magus erat qui etiam stellam orientem videbat et eam secutum profectus est; tamen numquam cum suis fratribus coram puero Jesu advenit. Late longeque errabat et novo modo Unum repperit quem quaerebat.

Diebus ubi Caesar Augustus multorum regum dominus erat et Herodes Jerusalem regnabat, in urbe Ecbatana quidam vir, nomine Artabanus, incolebat. Ejus domus ad muros urbis stabat, circum eam hortus pomiferarum arborum diffundebatur. Alte super arbores lumen per fornices superioris caenaculi collucebat ubi dominus concilium cum suis amicis habebat. Artabanus, altus et subfusco colore, circa quadraginta annos natus et vestimento sacerdotii antiqui Magorum, qui ignicultores appellantur, ad januam stabat ut hospites suos salutaret. Erant novem hospites aetate late differentes sed inter se similes vestimento erant, quae res eos Parthinos nobiles et secutores Zorastri significabat.

Ei circum parvam nigram aram extremo in atro sua loca ceperunt. Artabanus aram adsistebat et cantum antiquum ocepit. Cantu finito, ad eos obversus est et dixit: "Vobis narrabo de luce veritateque nova, quae ex antiquissimis signis ad me pervenerunt. Occulta naturae scrutati sumus et aquae, ignis, herbarumque virtuti salutari studimus, sed summa omnis eruditionis est cognitio stellarum." Tum unus ex hospitibus dixit: "Stellae cogitationes Aeterni sunt: innumerabil-

es sunt; sed cogitationes viri numerari possunt sicut ejus anni. Sapientia Magorum, quod ea ignorantiam suam scit est omnis in terra sapientiae summa. Nos semper homines ortum solis novi videre expectareque cogimus. Ipsi autem tenebras pares luci esse et certam inter eas numquam finituram esse intelligimus."

"Hoc non mihi satisfacit," respondit Artabanus, "nam, si sine fine nobis expectandum est, si expectatio impleri non potest, igitur quaerere expectareque non est sapientiae. Debemus fieri similes illis novis magistris Graecorum, qui dicunt nullam veritatem esse, et tantum eos esse sapientes qui vitam in reperiendis explorandisque mendaciis impendant quae in terra credita sint. Nonne nostri libri narrant hoc factum iri et homines fulgorem novae lucis visuros esse?"

Tum Artabanus ex sinu tunicae duo scriptura volumina papyri excepit et in genu explicavit. "Annis nunc praeteritis," dixit, "diu antequam patres nostri Babyloniam venerunt, sapientes in Chaldea erant ab quibus primus ex Magis abdita caeli docebat, et haec prophetia: 'Stella ex Jacob exiit et sceptrum ex Israel exoriatur.' Ego et tres fratres mei antiquas tabulas Chaldaee scrutati sumus, caelo studimus et novam stellam repperimus, quae unam noctem luxit et occultata est. Fratres tres mei ad Templum Septem Sphaerarum vigilant, et ego hic vigilo. Si iterum stella lucebit, decem dies me ad Templum expectabunt, denique una ad Jerusalem proficiscemur ut Promissum videamus et adoremur qui Rex Israel nascetur."

Artabanus signum iterum adventurum esse credebat atque jam bona sua venderat et tres gemmas sumpserat. Dum loquitur manum in sinum cinctus condidit et eas eduxit et pro se in passis voluminibus posuit. Sed amici ejus tantum in eum intuebantur velut si dicta incredibilia fabulamque visus amentis audivissent. Ei omnes se excusaverunt et singuli domum reliquerunt. Artabanus suas gemmas collegit, in suo cinctu eas reponit, aulam transiit, denique inter columnia ad solarium in tecto egressus est.

Longe per campum in orientem alba nebula lacus instar extendebatur. Repente ex tenebris caerulea scintilla nata est. "Est signum," exclamavit Artabanus, "Rex venit, et obviam ei procedam." Mox Artabanus, Alius Magus, in occidentem secundum basem Montis Orontis celeriter vehebatur ut dictam horam cum aliis Magis servaret. Campum planum Misaeorum, insignium claris equis, et fertiles agros Concabaris prope ingens Templum Astartis quadringentorum columnium transivit.

Progressus est et sub noctem decimo die sub fractos muros Babyloniae pervenit. Subito ejus equus pro atra re in umbra ultimae palmae immobilis substitit. Descendens, hominem trans viam jacentem invenit. Eius vestimentum mediocre et vultus macilentus monstraverunt eum unum ex Hebraeis probabiliter esse qui etiam frequentes

circum urbem incoherent. Frigusculum mortis in mascilenta manu erat quam Artabanus prehenderat. Hic miserabiliter avertit, reliquens corpus ad novam sepulturam quam Magi decentissimam esse arbitrati sunt—funus deserti a quo vultures alis atris surgunt et bestiae rapaces furtim se subducunt. Cum eunt tantum acervus alborum ossium in deserto est. Sed ut Artabanus avertit, a labris senis spirabilis gemitus venit. Ille anxius erat: "Quo modo in tenebris moretur," dixit, "et hospiti morienti ministretur? Si tantum unam horam morabor, comites mei arbitrabuntur me iter permisisse et sine me ibunt; si discedam, homo certe morietur; si manebo, vita restitui potest."

Itaque ad aegrum revertit, in eo versabatur, panem vinumque dedit. Tandem aeger surrexit et circumspexit. "Quis es?" dixit. "Cur me hic quaesivisti ut meam vitam referres?"

"Artabanus sum ab urbe Ecbatana, ad urbem Jerusalem eo," dixit Artabanus. "Quaero Unum qui Rex Hebraeorum nascetur. Non diutius mihi morandum est; nam comitatus qui me expectat sine me discedet." Cum Artabanus discessurus esset, aeger dixit: "Sta! Hoc tantum te remunerari possum; ubi Messias quaerendus sit, tibi dicere possum; nam nostri prophetae dixerunt non in urbe Jerusalem sed in urbe Bethlehem Judeae natum iri. Dominus te tuto ad eum locum afferat quod te aegri miseruit."

(Finietur in numero insequenti)

TITURIUS TERRIBILIS



GEO. PAZMINO

ROMAE HISTORIA

(EUTROPIUS — 365 A.D.)

CAPUT XI

Marco Attilio Regulo, Lucio Junio Libone Consulibus, Salentinis in Apulia bellum indictum est; captique sunt cum civitate simul Brundisini, & de his triumphatum est.

Anno cccclxxvii. cum iam clarum urbis Romae nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant. Ut igitur cognosceretur, quae copiae Romanorum essent, census est habitus; tum inventa sunt civium capita ceteri. millia cccxxxiii. quanquam a condita urbe nunquam bella cessassent. Et contra Afros bellum susceptum est primum, Appio Claudio & Quinto Fulvio Consulibus. In Sicilia contra eos pugnatum est, & Appius Claudius de Afris & rege Siciliae Hierone triumphavit.

Insequenti anno, Valerio Mareo & Octavio Consulibus, in Sicilia a Romanis res magnae gestae sunt. Tauroriniani, Catanenses, & praeterea quinquaginta civitates in fidem acceptae sunt. Tercio anno in Sicilia contra Hieronem bellum paratum est. Is cum omni nobilitate Syracusanorum pacem a Romanis impetravit, deditque argenti talenta ducenta. Afri in Sicilia victi sunt, & de his secundo Romae triumphatum est.

Quinto anno belli Punici, quod contra Afros gerebatur, primum Romani, C. Duilio & Cn. Cornelio Asino Consulibus, in mari dimicaverunt, paratis navibus rostratis, quas Liburnas vocabant. Consul Cornelius fraude deceptus est. Duilius, commissio proelio, Carthaginensium ducem vicit, triginta naves et alteram cepit, xiv. mersit, viii. millia hostium cepit, tria millia occidit; neque ulla victoria Romanis gratior fuit, quod invicti terra, jam etiam mari plurimum possent. C. Aquilio Floro, L. Scipione Consulibus, Scipio Corsicam & Sardiniam vastavit, multa millia inde captivorum abduxit, triumphum egit.

(Extendetur)

SACRAE HISTORIAE

PARADISE

Deus posuit Adamum et Evam in horto amoenissimo qui solet appellari terrestres Paradisus. Ingens fluvius hortum irrigabat; ibi erant omnes arbores iucundae aspectu et fructus gustu suaves. Inter eas arbor scientiae boni et mali erat. Deus dixit Adamo: "Utere fructibus omnium arborum Paradisi praeter fructum arboris scientiae boni et mali; nam si comedas illum fructum, morieris."

DISOBEDIENCE

Serpens, qui erat callidissimus omnium animalium, mulieri dixit: "Cur non comedis fructum istius arboris?" Mulier respondit: "Deus id prohibuit. Si tetigerimus illum, moriemur." "Minime," inquit serpens, "non moriemini sed eritis similes Deo, scientes bonum et malum." Mulier, his verbis decepta, fructum decerpit et comedit; deinde viro obtulit qui pariter comedit.

VOCABULA MEDICINA

ALBERT J. BERES, M. D.

Wood-Ridge, N. J.

Caput VI

Collum, i, N.—neck
Colum, i, N.—large intestine.
Columna, ae, F.—column
Comes, itis, M.—companion
Commissura, ae, F.—a joining
Communicans, antis.—communicating
Communis, e.—common
Compono, ere, posui, positus.—to compound
Concha, ae, F.—hollow part of the external ear
Conium, i, N.—poison hemlock
Conniveo, ere, nivi.—to blink, half close
Contraheo, ere, xi, ctus.—to draw together
Contusio, onis, F.—bruise
Conus, us, M.—cone

(Extendetur)

DE VIA FERREA

(Railroad)

Theodore Laboure, O. M. I., M. A.
 San Antonio, Texas

(De Caterva)

Crew — Caterva, ae, F.
 Conductor — Ductor, oris, M.
 Auditor — Inspector, oris, M.
 To collect — Colligo, ere, legi, lectus.
 Engineer — Machinator, oris, M.
 Fireman — Fornacator, oris, M.
 Brakeman — Frenator, oris, M.
 Porter — Janitor, oris, M.

(De Cietro)

Engine — Cietrum, i, N.
 To pull — Traho, ere, xi, ctus.
 Roundhouse — Cietrorum statio, onis.
 Boiler — Caldarium, i, N.
 To boil — Bullio, ire, ivi, itus (intransitive).
 To boil — Fervefacio, ere, feci, factus (transitive).
 Tubular — Tubulatus, a, um.
 Pipe — Tubus, i, M.
 Small pipe — Fistula, ae, F.
 Water — Aqua, ae, F.
 Steam — Vapor, oris, M.


(Extendetur)

LATINE COLLOQUAMUR

DR. N. R.: ST. LOUIS, MO.

I don't know Latin. Nescio Latine. It's a shame not to know Latin. Turpe est Latine nescire. You speak right. Recte loqueris. How did you learn Latin? Quomodo linguam didicisti? You are a good Latin scholar. Bene Latine doctus es. Why are you studying the language of the Romans? Cur linguam Romanorum discis? In order that I may read their writings. Ut eorum scripturas legere possim. It'll soon be raining. Imber instat. Lo, here is the first drop and the rain is falling faster. Ecce, haec est prima gutta atque iam vehementius pluit. Now it's snowing and I shall make a snow ball. Nunc ningit et globum nivalem faciam.

(Extendetur)

Aenigma Verborum
IN TRANSVERSUM

Eleventh prize-winning Puzzle

Factum a Davido Lane

Peekskill H. S., Peekskill, N. Y.

Transversum

1. Accesserunt
8. Illum
9. Opprimere
12. Iniqua
14. Ego (acc)
15. In
16. Atque
17. S. S.
18. In
20. Defectio (stem)
21. Duae Abl. Term.
23. Nata (Gallice)
25. C. C. P.
26. Proficiscendus
27. Hortor
28. A. T. I.
29. Negoti
30. Illo tempore
31. Atque
33. Sum (pars quaedam)
35. Propria
36. Discedatis
39. Sed
41. Id est
42. Perturbatissimorum

Deorsum

1. Contemplamur
2. Litora
3. Ut non
4. Rogo
5. Acc. Sing. Term.
6. Nam
7. Transferendum
10. Neque
11. Caballi
12. Ei
13. Non trans
18. Incipiamus
19. Ne et Ut
21. Acutum
22. Non pessimus
24. Nam
25. Cauri
31. E
32. Tu (acc)
33. Atque
34. Non nisi
36. Duo "atque"
37. Metallum (gen)
38. Expectationis
40. T. I.
41. Abl. Plur. Term.

GRAMMATICA

EPAMINONDAS

Verbs of Valuing

Emit tanti quanti voluit. Magni pecuniam aestimabat.

Verbs of Accusing

Qui alterum incusat probri se ipsum intueri debet.

Impersonal Verbs

Si aliis liceat, tamen tibi non licet. Nulli fortuito sapere accidit. Interest omnium virtutem colere. Refert omnium vitium fugere. Tui non te pudet? Ne pudeat te fateri nescire quod nescias.

Passive Impersonals

Subito ex insidiis insurgitur. Diu et acriter pugnatum est.

Dative Case

Veritas omnibus patet. Soli uni cavet. Non sibi sed patriae imperium quaesivit. Qui suam virtutem publicari vult, non virtuti sed gloriae laborat. Imperare sibi est maximum imperium. Plus homines oculis quam auribus credunt.

Compound Verbs

Ceteris satisfacio sed mihi ipsi nunquam satisfacio. Pulchrum est rei publicae benefacere. Ne succumbe malis. Bona existimatio divitiis praestat.

EXPLICATIO AENIGMATIS

(In numero Novembri)

Transversum

1. Labor	21. Roseo	35. Anui
5. Amator	23. Arido	36. Res
10. Utor	25. Bis	37. En
11. Animus	27. Termino	38. Sit Sum
12. Sat	30. Ut	41. Rideo
14. No	31. Muto	44. Tu me
16. Tardo	32. Edo	45. Oti
20. Voci	33. Regis	46. Sui

Deorsum

1. Lux	13. Tacitus	29. Odium
2. At	15. Utor	31. Misit
3. Bos	17. Ridet	34. Gero
4. Orator	18. Os	35. An
5. An	19. Robur	37. Eos
6. Minor	20. Vas	39. Tui me
7. Amo	22. Odi	40. Di DO
8. Tu	24. Oro	42. Di
9. Os	26. Iter	43. Mi

E. S. Gerhard, A. M.

Northeast High School
Philadelphia, Pennsylvania

(Pars secunda)

Hic generosus munus statim accepit et declaravit non munus viro sed virum muneri dignitatem referre. Tam officiis numeris diligenter perfungebatur ut malevolentiam inimicorum deciperet.

In Peloponnesum quater invasit, sed, quod in conatu Spartae oppugmandae deceptus est, in Mantineiam iter fecit. In eo proelio, quo in proelio Lacedaemonii devicti sunt, Epaminondas ipse tempore ipso victoriae mortiferum vulnus accepit. In brachia comitum incidit et a turba ablatus est. Capulus hastae fractus est et telum ferreum in pectore fixus est. Certior factus est mortem statim amissione sanguinis secuturam esse, si telum extraheretur. Primo quaesivit utrum clipeus suus salvus esset, armiger ei ante oculos eum praebuit; deinde de exitu proeli quaesivit et ei dictum est ipsius exercitum vicisse. Tum sua manu telum extraxit et confestim effuso per vulnus sanguine mortuus est. Sepultus est ubi exanimatus est. Scopus cum clipeo suspensus insigni draconis insignito, symbolio ejus originis a sanguine Spartorum — liberorum dentium Draconis — in sepulchro positus est.

(Finis)

SALUTATIONES

Auxilio Latino

Ut sol splendens supra terram,
Luceat Auxilium Latinum;
Ad servandam lucem meram,
Romanorum coeli matutinium!

Lectoribus A. L.

Fausta venti auris optat,
Auxiliumque Latinum;
Prosperis futura aptat,
Excludens nunc in erastinum.

Dr. N. R.

Verba Pedifolialia

Auxilia Diversa

Ignatius Koenig, A. M.
Covington, Kentucky

(Pars secunda)

To make first down—denos passus conficio, 3, feci, fectus
To make touchdown—attactum facio, 3, feci, factus
Officials—officiales, ium, M.
Out of bounds—extra limitem
A pass—jactus, us, M.
To penalize—poena afficio, 3
A player—ludor, oris, M.
An end—extremus, i, M.
The tackle—obstructor, oris, M.
A guard—protector, oris, M.
A center—medius, i, M.
A quarterback—dux, cis, M.
A full back—praecipitator, oris, M.
A half back—aggressor, oris, M.
Right—dexter, tra, trum.
Left—sinister, tra trum.
To recover the ball—follem recupero, I.
To receive the ball—follem recipio, 3.
A referee—arbitrator, tri, M.
To replace someone—aliquem substituo, 3.
Rooters—incitores, um, C.
To run for a touch down—pro attactu obtento curro, 3 cucurri, cursus.
Runner—cursor, oris, M.
Score—ratio, onis, F.
Shift—subductus, us, M.
To shift—subduco, 3, duxi, ductus ad sinistrum, ad dextrum
A star—eximius, i, M.
To stop someone—aliquem impedio, 4, ivi, itus.
To take time out—interstitium adhibeo, 2, hibui, itus.
Team—caterva, ae, F.
Third quarter—tertius quadrans.
Touchdown—attactus, us, M.
To warm up—incalesco, 3, calui.
Yard—passus, us, M.
A coach—gymnasiarchus, i, M.
Extra point—superadditum punctum.
A reverse play—ludus distortus.
Trick play—dolus, i, M.

(Finis)

In order to distribute various AIDS to our readers in their reading, teaching or studying of Latin, the A. P. S. L. hereby inaugurates such a policy by the presentation of its "Auxilium Primum" in mimeographed form. Occasional ones will be offered in printed pamphlets. At this time, our teacher readers and others so qualified are urged to submit to us whatever AIDS of their original authorship they might possess and are using with practical success in their classrooms. These would then be published, distributed by the A. P. S. L. and announced in these columns. Address your manuscripts to the Editor.

Auxilium Primum: HINTS AND METHODS ON THE PROCEDURE OF LATIN SIGHT TRANSLATION, by the Editor of AUXILIUM LATINUM. Price is 6c each or 4c each in lots of 10 or more.

SOAP SCULPTURE

We are certain that many of our student readers possess certain innate abilities in certain unusual directions. One such has come to the Editor's attention by seeing the handiwork of Abraham Israel, Thomas Jefferson H. S., Elizabeth, N. J., in the line of Bas Relief Sculpture designed in cakes of soap of Caesar, Cicero and Virgil. It occurred to the Editor that such soap reliefs would be graceful adornment to the bulletin board of any classroom or the den of any of our readers and this announcement is made in the sanguine hopes that this boy might be financially assisted and encouraged by receiving orders for his work. He is prepared to execute in soap any character from history desired such as mentioned above for 50c each, postpaid. Other of our student readers possessing peculiar talents are urged to write the Editor for announcement of their handiwork in these columns. Address all orders for the above to the SIMPLIFIED PRESS, Station "S", BROOKLYN, N. Y.

SUBSCRIPTION RATES

(Effective from May 1, 1932)

For each subscriber	per year
1 to 5	75c
6 to 10	60c
11 to 30	45c
31 to 60	40c
61 to 100	35c
101 to 200	30c
201 and over	25c

GUIDE TO CAESAR: A supplementary text-book (1932) by Dr. C. W. Sadler as an introduction to the study of Caesar's Commentaries. Considers thoroughly the Life, Achievements, Army, Literary Style, Syntax and Translation of Caesar with eight passages from his Commentaries. Contains Word Studies, Latin Word Lists, Vocabularies and Recent Examination Papers of the Board of Regents. Approved by the A. P. S. L.

THE OXFORD BOOK CO.

111 - 5th Ave. New York, N. Y.

LATIN HURDLES (1st Semestre) and **LATIN HURDLES** (2nd Semestre) by E. L. Davis providing excellent objective tests and practical exercises for drills on Latin forms, syntax, inflections and constructions. They are designed to supplement the study of the first year Latin text-book. Approved by the A. P. S. L. Price: 25c per copy.

FOLLETT PUBLISHING CO.

Chicago, Illinois

LATIN TEACHER AVAILABLE

A New Jersey College graduate with special pedagogical training, specializing in Latin with Spanish and English as kindred subjects, having no experience excepting a half year of practice teaching is available and wishes consideration by school officials. Salary and location are not paramount considerations. Please address: Miss Esther Vicary, 511 N. 4th Street, Harrison, N. J.

INDEX VERBORUM

* * *

Amoenus, a, um—pleasant
 Comitatus, us, M.—retinue
 Cras (adv)—tomorrow
 Comedo, ere, edi, esus—to eat up
 Corrodo, ere, rodi, rosus—to gnaw
 Cunae, arum, F.—cradle
 Cogo, ere, egi, actus—to prove
 Cinctus, us, M.—a girdle
 Diluculum, i, N.—dawn
 Eniteo, ere, ui—to shine forth
 Erigo, ere, rexi, rectus—lift up
 Faustus, a, um—bringing luck
 Fimbriae, arum, F.—edges
 Fulgor, oris, M.—lightning
 Frigusculum, i, N.—a little chill
 Genu, us, N.—knee
 Gustus, us, M.—a tasting
 Gemitus, us, M.—a groan, sigh
 Invenio, ire, i, entum—to find
 In occidentem—towards the West
 In orientem—towards the East
 In crastinum—tomorrow
 Intueor, eri, uitus—to gaze at
 Labrum, i, N.—lip
 Laqueus, i, M.—a trap, snare
 Mus, muris, C.—a mouse
 Munus, eris, N.—reward, duty
 Merus, a, um—pure, unmixed
 Matutinus, a, um—pertaining to morning
 Macilentus, a, um—thin, lean
 Nix, nivis, F.—snow
 Paenula, ae, F.—overcoat
 Praeseptum, i, N.—cradle, manger
 Quasillus, i, M.—little basket
 Reperio, ire, perri, pertus—to find
 Suffultus, a, um—supported beneath
 Sepimentum, i, N.—an enclosure
 Suffusco colore—of dark complexion
 Secutor, oris, M.—a follower
 Sinus, us, M.—folds (of garment)
 Scintilla, ae, F.—a spark
 Tibiale, is, N.—stocking
 Tenellus, a, um—tender
 Uxurcula, ae, F.—a little wife

The calendar for this month is omitted for space reasons and because of its almost identical similarity to last month's, excepting for substitutions of following month's names and the 14th of this month is a. d. XIX Kal. Jan., whereas for Nov. it was a. d. XVIII Kal. Dec. and so on.